



**D**ruis ille apud Germanorū Celtas, uir erat magnæ authoritatis, qui artis Magice peritis-  
simus, futura hominibus prædicebat, atq; uarias su-  
perstitiones proponebat. Vnde is Gentilitiam reli-  
gionē in ordinē redigit, atq; Druydarū collegium  
religionis ergo instituit, à quo etiā Druides apud  
Gallos & Germanos dicti fuere. Erant homines su-  
perstitiosi, qui heremitico more in sylvis & nemo-  
ribus habitarunt, atq; sacrī rebus operā dabant. Na-  
turæ etiā uirtutes sibi notas arbitrabantur. Vnde i-  
dem fuere quod apud Persas Magi, Assyrios Chal-  
dæi, Hebræos Scribæ, Aegyptios Prophetæ, Græ-  
cos Philosophi Latinos sapiētes, & Indos Gymno-  
topnittæ olim erant. Vestitus eorum erat ualde præiosus, atq; ornatus insignis.  
Nam collo torques, manib; annuli, lacertis armillæ addebantur. Vester erat  
tinctor, & auro pictus. Calceamentū erat Philosophicū, & figura Mathematica.  
Illi partim augurijs, partim coniecturis futura prædicebant, & pericula auerte-  
bant. Quoties enim Alemanni & Galli metu erant percussi, statim Deos pla-  
candos studebant. Tunc illicò Druydarū pm̄issis principes cōfidebant (unde  
etiā Trauuen desumptū) atq; uotis cōceptis, aras humanis hostijs funestabāt.  
Nam illi putabant Deos humano sanguine placari posse. fortassis decepti q;  
à posteritate Nohe suis maiorib. lōga tēporis successione audiuerissent, olim ue-  
turū semē mulieris, qđ in ara crucis placaturū esset Dei irā. Propterea cū præ-  
lia instarēt in auspicio felicis pugnē humanas ostias immolabant, aliquādo etiā  
cōiuges & liberos suos trucidabāt, sperātes deorū minas suorū cēde & parrici-  
dio expiarī posse. Hominem uero diuinationi destinatum à tergo seriebant,  
atq; ex ipsius patientia uaticinium sumebant. Præter religionem, Druides  
etiam leges ciuiles & mores hominū inspiciebāt, atq; in omnibus publicis &  
priuatis controversijs præmia & poenas constituebant,